



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Epistolæ Amplissimi Domini Abbatis Eenamensis Ordinis Sancti
Benedicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

- F. Petrus Devienne.*
F. Michael de Neve.
F. Josephus de Temmerman.
F. Philippus Robarts.
F. Jacobus Schellekens Vicarius & Pastor.
F. Franciscus Vander Moesen.
F. Ægidius Vanden Hereweghen.
F. Adrianus Van Huffel.
F. Maurus Eloy.
F. Amandus Coppens.
F. Gregorius Miele.
F. Ambrosius Collage.
F. Joannes d'Henau.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Eenamensis
Ordinis Sancti Benedicti.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

REverendissimas Vestras 14. hujus ad Nos das, & omni apud omnes verè Catholicos (præsertim superiores, Pastores, & quoscumque animarum curâ gravatos) veneratione dignissimas lætanter recepi, & in iis videre gavisus fui Excellentiaë Vestraë erga Agnos, & Oves, sibi à supremo omnium Pastore concreditas, amorem, ac sollicitudinem verè Pastoralem. Deus Creator, & Pastor omnium dignetur plentissimis conatibus vestris manum præbere auxiliatricem ac fortem, ut, remotis dissentionum omnium alicubi ad pertinaciâm usque ferventium scopolis, cursum habeant in turbulentio hoc Æquore fluidum, & finem bonorum omnium votis jam diutissimè expetitum, sed (proh dolor) non-

dum obtentum, id est, tranquillitatem in Populo,
 & pacem, puram, & avitam fidem, denique cùm
 in omnibus, tūm in Ecclesiasticis, ac Superioribus
 subalternis erga Supremum Ecclesiæ Caput sine
 obstinatione, aut tergiversatione reverentiam pre
 niam, & obedientiam verè Filiale. Sic ego, sic
 Religiosi mei, ac Domestici vovent sine exceptio
 ne omnes, rogamusque Clementissimum Domi
 num, ut & Excellentiam Vestram, & Sanctissi
 mum Patrem nostrum Clementem (cujus Bullam
Unigenitus veneramur ad apicem) Ecclesiæ suæ bo
 no quād diutissimè servet incolumes. In hoc voto
 fisco, & fideliter signo, quod sim Sanctissimi Pa
 tris Nostrí præfati observantissimus Filius, & Ex
 cellentissime ac Reverendissime Domine, Excel
 lentiae Suæ, Humillimus, ac Obsequentissimus Ser
 vus. *Erat signatum. L. DE REYNGODT Abbas*
Eenamensis. Eenami 23. Novembris 1718.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Grimber
 gensis Ordinis Præmonstratensis.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

Cum inviolabilis Sanctæ Sedis Apostolicæ Au
 thoritas, ac Summi Pontificis in materia Fi
 dei, & morum definientis Infallibilitas jugiter à
 Schola Nostra Theologica agnita fuerit, & pro
 pugnata, felices Nos censemus, plurimumque ho
 noratos, dum laudatissimo Excellentiae Vestrae zelo
 in causa tam justa cumque cooperamur. Eapro
 ter promptissimâ voluntate signavimus declaratio
 nem, quam D. Prior Noster Excellentiae Vestrae

con-